





11. 9 / 8
1732/39
1737, 3.
ט ט כ
TEHSES. PHILOSOPHICAE

QVAS

CONSENTIENTE· AMPLISSIMO· PHILOSO
PHORVM· ORDINE

PRAESIDE

M. IOACH. HENR. BYRGMANNO

PER· VICES

TVEBUNTUR

CAROLVS· LEOPOLDVS· de SCHEREWIEN

IOACHIMVS· HENRICVS· ZANDERVS

IOANNES· IACOBVS· QVISTORPIVS

BERNHARDVS· FRIDERICVS· QVISTORPIVS

ROSTOCHI
OPERIS· ADLERIANIS



7

THEOPH. PHILOSOPHICAE
CONSULTATIONE AD PAVLUM PHILIPPO
THEOPH. PHILOSOPHICAE
M. IOACH. HENR. BYCKMANN
PER. VIOL.
CAROLUS LUDOLPHUS
AD ROMANUM & HIEROSOLYMITANUM
AD ANNUM IN ROMAM PARTIVS
LUDOLPHUS & PHILIPPO
PHILIPPO
PHILIPPO



te
no
fo
ri
de
ri
ri
la
e
re
g
g
t
e
P





THESES
AD DISPVTANDVM PROPOSITAE
AVCTORE
CAROLO LEOPOLDO DE SCHEREWIEN.

THES. I.

NIMIVM ingenio suo indulgere videntur, qui ADAMO, ce-
terisque patriarchis pansophiam quamdam systematicam adscribere
non dubitant. nulla sane adferri possunt monumenta legitima, quae
fidem adserto concilient, aut id saltem probabile reddant; quin po-
tius obstant haud leuia, quae id vix ac ne vix quidem permittere vi-
deantur. talia sunt natura cognitionis humanae, quae a particula-
ribus incipiat semper, necesse est: adeoque ingens requirit tempō-
ris spatium, multorumque ingenia, antequam ad principia vniuer-
salissima peruenire possit. speciatim ADAMI scientia philosophica
ex statu integritatis deriuari non poterit, quum in hoc, quod reue-
rendis verbi diuini interpretibus pie credimus, breuissimum transe-
gerit temporis spatium, ac praeter ea ex eo, docentibus iisdem, in-
genium, valde corruptum, reuelerit; post lapsum vero moles infini-
torum laborum, qui vitae commode traducendae causa suscipiendi
erant, vix ei videretur permisisse, vt de rebus philosophicis cogitare
potuerit. taceo alia.

THES. II.

ILLVSTRIS WOLFFII systema ex idealistarum et materiali-
starum principis constat esse, adfirmari nequit, idealitae enim
A 2 corpora

71

corpora haud dari statuunt; materialistae spirituum existentiam negant. quis ergo horum coniungere poterit systemata, nisi qui & spiritus dari, et corpora existere plane negaret? hoc autem WOLFFIVM facere, vix ipse DOM. D. LANGIVS adferere audebit. nec verba WOLFFII obstant, ad quae tantopere prouocant ipsius aduersarii, quae in praefatione, editioni secundae *der vernünftigen Gedanken von GOTTE, der Welt und der Seele des Menschen*, praemissa, deprehenduntur. cuilibet enim ista, animo, a praecudiciis et adfectibus libero, inspicienti, sole meridiano clarius statim patebit, ex iis nihil sequi, quam vt admitat WOLFFIUS quasdam, quas et idealistae; quasdam, quas et materialistae defendunt, theses: quum vero, qui quasdam materialistarum, quasdam idealistarum adserciones adsciscit, haud rectius dicatur idealista et materialista, quam lutheranus, qui quaedam pontificiorum, quaedam caluinianorum adoptat placita, pontificius aut caluinianus dicitur; et praeterea has adserciones ex aliis principiis WOLFFIUS prober, ex aliis idealistae et materialistae: non magis hinc WOLFFIUS poterit dici idealista et materialista, quam theologi orthodoxi vocari possent pietistae, quia illi etiam, vt hi, sed ex diuersis principiis, a quouis verbi praecone pietatem requirunt. ast ponas, quod tamen poni nequit, quam WOLFFIUS de commercio animae & corporis defendit hypothesin, ex idealismo et materialismo compositam esse, non tamen inde ad systema valet conclusio.

THES. III.

IDEALISTAS atque materialistas sensu latissimo philosophos dici posse, persuasum habeo. hoc sensu philosophus dicitur, qui rationes reddere potest eorum, quae sunt vel esse possunt, at vero idealistas et materialistas ex sua etiam hypothesi de rebus, quae sunt aut esse possunt, reddere posse rationes, quis est, qui neget? rectissime tamen, meo, si quid est, iudicio *in monito ad comment. lucul.* §. XVIII. p. 39. pseudo-philosophi vocantur.

THES. IV.

NEC MINVS eos in numero philosophorum dogmaticorum habendos esse, in promptu est. philosophus quippe dogmaticus est, qui aliquid negat vel adfirmat in vniuersali. sic scepticis, qui metu erroris

erroris committendi, in vniuersali nihil adfirmant vel negant, opponitur. at vero idealistae in vniuersali adfirmant, dari spiritus; materialistae, existere corpora; idealistae in vniuersali negant, dari corpora; materialistae, dari spiritus. hinc prono alueo fluit, eos recte vocari dogmaticos, nec satis tuto cum DOM. D. LANGIO adferri posse, quod scepticorum sint crassissimi insulsissimique.

THES. V

QVO MODO DOM. D. LANGIVS de idealistis adfirmare poterit, eos inter atheos primum occupare locum, atheorumque omnium esse crassissimos ac stupidissimos, hactenus non satis capio. idealistas enim spiritus finitos et dependentes admittere, est in confesso. qui autem hos admittit, ille etiam spiritum infinitum et independentem, hoc est, DEVM admittere debet.

THES. VI.

DE materialistis id forte maiori iure pronuntiarı possent. nec tamen eos omnes in vniuersum atheorum omnium crassissimos stupidissimosque vocare audeam. potest enim materialista spirituum tantum finitorum, a corpore distinctorum, negare, infiniti spiritus autem concedere existentiam. id quod exemplum anonymi auctoris des vrrtrauten Brieff. Wechsels vom Wesen der Seele satis confirmat, qui materialissimum defendens animamque nil nisi corporis potentiam esse statuens, corporis tamen, hac potentia ornati, auctorem fabricatoremque DEVM esse adstruit.

THES. VII.

AD constituendum ingenium philosophicum, vel vt cum illustri HEINECCIO, adcuratius loquar, indolem eruditam, memoriae prae ingenio et iudicio, ingenium prae iudicio praeualeat necesse est. ea enim facultas prae ceteris praeualere debet, quae pluribus actibus in erudito se exferere debet reliquis. iam memoriae plures esse operationes quam ingenii et iudicii, ingenii plures quam iudicii quouis, ad operationes animi sui attendens, deprehendet. nam vnicius actus iudicii duo supponit actus memoriae, iudices v.g. idealistam esse philosophum dogmaticum. tum tibi prius per memoriam suppetere debet: quid idealista? quid philosophus dogmaticus? & ingenium variis actibus, ad quos semper et suum confert memoria, possibiles

possibiles rerum relationes prius inuestigare debet, quam iudicium vnico actu veram determinare potest relationem. sit v. g. quaestio: vtrum actus gratiae SPIRITVS S. adplicatricis sint miracula? tum primo memoria tibi ideam actuum gratiae adplicatricis et miraculi sistere debet: deinde ingenium de relatione harum idearum disquirat: deprehendit v. g. miraculo resisti non posse a creatura; actibus gratiae resisti posse; animaduertit: in miraculis DEVM non agere secundum certas leges, semel constitutas; in actibus gratiae DEVM agere secundum certum ordinem, semel constitutum; atque tum denique iudicium veram determinat relationem vnico actu: actus gratiae SPIRITVS S. adplicatricis non sunt miracula. superest ergo, memoriam pluribus actibus se exferere debere, quam iudicium et ingenium, atque hinc illam his debere esse fortiolem, quum ea facultas debeat esse fortior, cuius vis ad plures actus perficiendos debet sufficere, quam vis reliquarum.

THES. VIII.

NEQVE tamen hinc adstruo . indolem eruditam tum statim adesse, quando modo memoria adest, praeualens ingenio atque iudicio; quando modo ingenium adest, praeualens iudicio; sed praeter ea cum iudicii requiro vigorem, qui sufficit ad determinandum verum idearum nexum, quas siue memoria, siue ingenium sistit. quis enim erudiri nomine iure suo ornari posset, facultate veras idearum relationes determinandi destitutus, adeoque ignarus, quatenam coniungendae, quae disiungendae? aut fluctuant semper eiusmodi homines, aut certe sectarii euadunt, quos cum HORATIO haud immerito seruum pecus adpellares.

THES. IX.

DEVS est ens perfectissimum, & vt tale ens se vult agnosci et coli. ad perfectiones DEI pertinet eius benignitas summa: hinc DEVS quoque vult se vt ens summe benignissimum agnosci & coli. quodcumque ens se vult, vt ens benignissimum agnosci & coli, illud non potest irasci, si propter beneficia colatur: ergo DEVS non potest irasci, si propter beneficia colatur; atque hinc cultus ille DEI atque amor, quem mystici impurum dicunt, impurus non est.

THES.

THES. X.

DEFINITIONES nominales, rite formatae, nihilque continentes, quod definitum subuertat, sunt arbitrariae. plura enim vnius rei dantur adtributa: ast ab his definitiones nominales repetuntur, definitiones itaque nominales a variis varie formari recte possunt, si quidem cuiuslibet arbitrio relictum est, quodnam ex pluribus rei cuiusdam adtributis eligere velit ad definitionem constituendam, non ergo eos statim erroris commissi adufes, velim, quos aliam, quam te, vides definitionem adhibere nominalem.

THES. XI.

NON SATIS circumspecte, si quid iudico, mentem suam explicauit DOM. D. LANGIVS, dum ex conclusione, legitime illata, veritatem praemissarum vniuersaliter et determinare diiudicari posse adferit, atque hanc thesin ad prima philosophiae elementa, summi philosophi a. b. c. refert. sic enim sequeretur, vt, si vera esset conclusio, verae etiam esse deberent praemissae, contrarium omnes, quotquot vim argumentandi intelligunt, mecum defensuros esse, persuasum habeo; quodsi enim v. g. ratiocineris:

O. brutum est rationale

O. homo est brutum

E. O. homo est rationalis;

etiam vera esset conclusio; forma concludendi legitima; nec tamen praemissas veras esse, quibus perspicit.

THES. XII

SVPPOSITO, hominem eum in finem a DEO creatum esse, vt ad DEVM perfectionesque diuinas cognoscendas perueniat; facilis est probatio: sensus in vniuersum fallere non posse, quum enim sensus sint id, cuius ope homo ad cognitionem creaturarum peruenire debet: iam vero, si in vniuersum fallerent, non perueniret ad cognitionem creaturarum, nec hinc etiam ad cognitionem DEI, eiusque perfectionum; patet, sensus in vniuersum fallere non posse.

THES. XIII.

SCEPTICOS, si ad originem vocis grammaticam adtendas, omnes omnino philosophos esse oportet, illam enim a graeca voce

voce, considerationem, contemplationem, inspectionem denotante, descendere quis est, qui ignoret? iam autem eum, qui ante adferum haud diligenter contemplatur, nec omni studio opereque omni in veritatem eius inquirat, quam id suum facit, philosophi nomine, certus sum, ornaturum esse neminem.

THES. XIV.

77
 QVODSI autem vox ex usu loquendi sensuque adstricto capiatur, omnem abiurasse oportet rationem, qui inter eos nomen profertur. nititur scepticismus dogmate de sensibus, in uniuersum fallentibus, quod, quam veritatibus apertis contradicat (ib. 12), ratione uti non censendus est, qui scepticismum profiteretur.

THES. XV.

NON proinde generi humano aut famae virorum praecipuum bene consulunt, qui, quo scepticismo speciem concilient, quousque et probae fidei viros in scepticismi suspicionem adducere adlaborant, quos inter, si quis alius, grauem censuram meretur auctor *obseru. XIII. tom. VIII. obseru. hallens.* qui et viros sanctos pro scepticis venditavit, aut parum iuste, ac theologi dudum euicerunt.

THES. XVI.

DIFFICILLIMVM est, ex principiis philosophicis constitutere: quodnam crimen altero sit grauius, quodnam leuius? atque proinde: vtrum periurium grauius sit peccatum atheismo, an atheismus periurio? quantum tamen adsequor, si atheismus et periurium considerentur in se, sine respectu ad animum subiecti, in quo haerent, atheismus grauius est crimen periurio: nam in atheismo et adtributa omnia et existentia DEI simul in dubium vocantur, et negantur: in periurio vero conceditur existentia DEI, in dubium vocatis tantum quibusdam adtributis diuinis: vnde etiam omnis atheus, qua talis, potest esse periurus (sicut is se periurum non credat), non vero periurus, qua talis, statim est atheus. non hinc per omnia subscribo sententiae M. IOANNIS CONRADI REBER, qui *disputationis philosophicae de iuramento promissorio, ROSTOCH. an. 1677. ventilatae §. 7. adductis CICERONIS verbis: nullum vinculum ad stringendam fidem maiores nostri iureiurando acetus voluerunt, subiicit: hinc quoque periurium ipso atheismo detestabilius* est.

est, quia non tanta est eorum, qui DEOS omnes auersantur, impietas, quanta eorum, qui et esse DEOS et rebus humanis prospicere consistunt, iuris tamen iurandi simulatione NVMEN irridere non dubitant. alio tamen respectu, a nostro diuerso, haec forte defendi possunt.

THES. XVII.

PHILOSOPHI non est augere significatus vocabulorum. vnde peccant, qui terminos, apud christianos receptos, ac determinata significatione praegnant, ad philosophiam transferunt, atque ita transferunt, vt ambiguos reddant, vt significatus vim enervent. tales sunt termini mundus, caro, diabolus, qui ergo hos philosophiae indicata ratione infert, iniuste agit. id vero fecit IOANNES GERARDI quidam, cuius dissertatio philosophica inauguralis de hostibus virtutis, quae LVGD. BATAV. ao. 1665, ventilata est, hos tres virtutis hostes sistit: *carnem, diabolum, mundum*, atque ita quidem descriptos, vt sanctior disciplina omnino metuendum habeat: *caro est, inquit, procliuitas in bonum iucundum sine respectu ad alios; mundus est procliuitas in bonum iucundum cum respectu ad alios; diabolus est procliuitas persistendi in aliquo agendi genere, mere, quia sic incepisti.* sane, si quid vnquam BEKKERIANISMO fauet, hoc est.

THES. XVIII.

CVM angeli sint entia mere contingentia & effectus eorum, quo minus cum DEO, tum animabus, a corpore separatis, adscribamus, nihil sit, quod impediat, superest, eorum existentiam ex solo lumine naturae demonstrari haud posse. fateor tamen, non deesse dissentientibus rationes, haud prorsus improbables, quibus oppositam sententiam defendunt. conf. IO. BODO VLRICI *disp. phil. complectentis theses recentioris philosophiae controversas th. 24. wittenberg. 1731.*

THES. XIX.

INTER praecipua sapientiae impedimenta a cel. EPHR. GERHARDO multitudinem etiam academiarum referri, maxime semper miratus sum. quin immo ex tanta scholarum regiarum frequen-

frequentia omnia alia mihi fluere videntur. excitantur plures, vt literis operam dent, scientiae atque artes excoluntur magis, homines cultura emolliuntur, nec amplius manent feri. hoc autem si est sapientiam impedire, nescio, quid sit eam promouere? quae obiicit vir doctissimus ad tuendam, quam amplexus est sententiam, parum habent roboris. quod non semper piae conditorum intentioni respondeat euentus, quisnam illud academiis ipsis imputabit? quis hinc earum damnabit institutionem? curandum est, vt respondeat euentus. sumtus autem, quos impendunt conditores, qui melius impendi possunt, quam ad promouendum eruditionis progressum, ad ciuium salutem augendam, ad prouinciarum felicitatem amplificandam?

THES. XX.

SI QVIS vnquam atheismum aperte professus est, sane id fecit non ignotus ille adhuc hodie superstes THEOD. LVDOV. LAV, qui tamen nuper ad meliorem mentem rediisse dicitur. non iam mei instituti est, atheismum eius profligare, cognatas tamen quasdam doctrinas destruere fert animus. locum, ad quem respicio, *medit. philos. de DEO, mundo, homine cap. 1. §. X XI. p. 11. 12.* occurrit: est vero, inquit, *DEVS hic vnus. non enim DEVS, nisi esset vnus. circulus est hoc vniuersum: punctum DEVS. puncto vno omnis gaudet circulus. perfectus est DEVS; ergo vnus necessario. vnitati vero, siquae perfectioni, multiplicatio derogat. multiplicare DEVM, est DEVM destruere. est hinc polytheismus gentilium et christianorum res intricata, multis obscuritatibus, dubiis multis et contradiçionibus inuoluta.* quae in his mihi maxime a veritate aliena videantur, paucis indicabo. ratio et reuelatio doceat. nulla ratione ferendum est, dogma D. 10. ERN. PHILIPPI, quod in *mathematischen Versuch von der Unmöglichkeit einer ewigen Welt §. 8. p. 6.* his inculcat verbis: *Es enthält in sich keinen Widerspruch, daß zwey unanterworffene Wesen neben einander seyn, und wie das eine, also auch das andre, den Grund seiner existenz in ihm selber haben könne.* est, cum DOM. LAV. mundum pro DEO vendider, tam arcte vnitatem cum idea mundi cohae-

cohaerere, vt ab ea separari nequeat, difficulter probabit, deinde, quando polytheismum gentilibus adscribit, non morose, si paucos excipias, repugno. quando vero illum et christianis tribuit, calumniatoris iustinet personam. dogma christianorum de trinitate, ad quod respicit, polytheismi nomine venire nequit. polytheismus supponit plures DEOS, essentia diversos, hoc vero dogma christianorum de trinitate non facit. porro dum dogma christianorum multis obscuritatibus inuolutum pronuntiat, nil adfert, quod christianorum detrahat causae, si obscuritas haec eo sensu explicetur, quo mysteriis competit; si alio, de eodem negatur. nec dubia, quae contra hanc doctrinam mouentur, eam falsam esse euincunt, si quidem a profanis tantum proficiscuntur ingeniis, rationi corruptae frena laxantibus, quae optima quaeuis in dubium vocare solent denique, dum hanc doctrinam contradictionibus inuolutam statuit, ineptit. omnis contradictio requirit eiusdem de eodem adfirmationem et negationem, sed dogma christianorum non idem de eodem adfirmat et negat. non adstruit, eum DEVM, qui, qua essentiam, vnus est, etiam, qua essentiam, trinum esse; sed hoc, eum DEVM, qui, qua essentiam vnus est, qua personas trinum esse non ergo adest contradictio. sed haec theologis pluribus explicanda relinquo.

THESES

AD DISPUTANDVM PROPOSITAE

AVCTORE

IOACHIMO HENRICO ZANDERO.

THES. I.

CORPVS cogitare, nec dari in nobis principium, a corpore diuersum, sunt, qui adserere audent. vt periculo non vacat sententia; ita pariter a viris doctissimis sedulo impugnata est, inter quos haud vltimam laudem meretur HVMFREDVS DITTON. non iam vacat, omnia repetere argumenta, sed hoc tantum probabo, hanc opinionem

B 2

opinem

onem se ipsam destruere, qui eam adoptant, principium contradictionis admittunt, ac eo supposito conscientiam rerum concedunt homini: hanc vero in vario fibrarum corporearum motu ab obiecto consistere docent. quod si ergo probare poterimus, a motu fibrarum non pendere conscientiam, et, si hoc adseratur, principium contradictionis sollicitari, ex ipsis materialistarum principis probatum putamus, materialismum admitti non posse. at vero hoc possumus. ponas PERSAS duos: ponas alterum horum alta voce ita precari: *ei padere ma kib der osmon pak besched* et reliqua; tum perfarum alter percipiet, locum suum orationem dominicam recitare. quod si iam materialistam interroges, ex quo hoc contingat? is statim respondebit, causam esse commotionem aëris, quae ita fibras adficiat. age, concedamus haec paulisper, sed nunc probabimus, materialistam, dum ea adsumit, primum principium in dubium vocare debere atque negare. scilicet ad duos persas iam adcedat germanus, perfarum linguam ignorans; perfarum alter eadem verba alta voce denuo pronuntiet; tunc necesse erit, ut eadem adsit commotio aëris; et hinc eadem commotio fibrarum in germano, quam in persis: nihilo tamen minus persae tantum intelligent preces, non germanus. idem ergo adest ex mente materialistarum, nec tamen etiam adest, ita se implicant materialistae, ut recte aduertit IAQVELOTIVS. conf. ABBADIE in *der triumphirenden Christlichen Religion P. I. C. I. sect. I. p. 37. sqq.*, notasque interpretis doctissimi.

THES. II.

CVM DEVS auctor philosophiae sit, id omni carer dubio, eam per se et ipsa natura sua obicem sapientiae et salutis, esse non posse. nisi hinc reverendus BERTRAMVS verba sua, mox adducenda, de sola philosophia WOLFFIANA (de qua an valeant nec ne? meum non est disquirere) intelligi velit, quod tamen vix fieri potest, gravissimo eum errore, salvis meritis reliquis, abripi pronuntiare. ita enim contra celeb. IOECHERVM depugnans, commentatur: *vehementer dubito, quin philosophia, quaecumque demum sit, id praestare queat, quod in libro isto promittitur. res enim ecclesiae et philo-*

philosophorum dum considerabam, et quae hodie haec in re passim cernuntur, iis coniungebam, videbam, philosophiam istam, tot laudibus depraedicatam, non quidem haeresum, sed proh dolor! ipsius sapientiae & salutis, ut plurimum evadere obicem, nec tantum per abusum, sed ipsa natura sua; in philos. vet. & nou. sapient. obic. §. II. p. 4. sane philosophiam damnare est omnes veritates, quaecumque demum sunt, etiam theologicas, proferibere. ecquis enim veritates theologicas admittet, nisi certus sit, eas esse theologicas, hoc est, a DEO reuelatas? quis vero probare potest, hanc vel illam reuelationem esse diuinam, si philosophia abesse debet? quis ALCORANVM haud diuinitus inspiratum esse demonstrare potest, si criteria absint, quae sana ratio adeoque & philosophia suppeditat, quaeque spuriam a genuina distinguunt reuelatione, iudice PLACCIO, et qui hunc sequitur. D. BVDDEO institut. theol. dogm. libr. I. cap. I. §. XX. p. m. 19. sqq. vis illa scripturae interna, testimonium SPIRITVS S. per scripturam, de quibus theologi copiosius exponunt, sunt argumenta longe efficacissima ad conuictionem diuinam; exemplis id facile doceri posset bene multis, nisi vel solus NIEWENTYT, vir acris ingenii vastaeque eruditionis id suo satis confirmasset recentissime; conf. DAN. MAICHELII *flamina theol. natur. Sect. I. cap. III. §. III. p. 32*; ast modo in iis, qui supernaturali scripturae virtute et operatione conuincendi sunt: non aliis, qui DEVM aut scripturam praefracte abnegantes & repudiantes, argumentis vel externis vel internis, quae apud omnes theologos leguntur, persuaderi debent. recte idem celeb. MAICHELIVS: *in adserenda scripturae sacrae, inquit, diuinitate testimonium SPIRITVS S. internum, idemque per se eximium et praestans prodest quidem iis, qui eo reuera gaudent, at nequam rem conscit in conuincendo deista, quippe eodem destituto, imo eius vim atque auctoritatem negante, adeoque ex rationibus, aliunde petitis, ad veritatis cognitionem perducendo*; l. c. sect. II. §. XI. p. 46. id quidem omni cognitio philosophiae nemini, nisi ea abutenti, errandi occasionem praebuit. MATTHIAE FLACII, viri summi, exemplum prius satis comprobat. ipse faterur, se ex ignorantia philosophiae

in errorem notissimum incidisse. referam confessionem eius ex libro rariori. acta colloqui vinarientis, anno MDLXIII a SIMONE MVSAEO euulgata, inno. in his enim dum STRIGELIVS ex eo, quod peccatum tantum accidens sit, euincere studet, corruptionem naturae humanae non tam grauem esse, ac vulgo obtendatur, FLACIVS hunc in modum responder: *non audio in tota tua responsione ullum testimonium verbi DEI, sed philosophicas rationes, plausibiles similitudines, quae possunt quidem blandiri curiosis auribus, non autem certe aliquid probare solide aut confutare. proba tuam distinctionem in mea minori clare et quidem ex verbo DEI - - - nam illa philosophica impostura est acutior, quam ut possit intelligi. ad quae FLACII verba non sine bile regerit STRIGELIVS: discerno substantiam et accidens et non est sophistica et commentitia distinctio. omnes eruditi in hoc coetu et alibi intelligunt, prouoco ad omnes in tota europa. clarius idem hoc largitur FLACIVS fol. 83. vbi: si ex philosophia, inquit, tantum est disputatio, aut ea debet esse x̄p̄n̄ḡior, tum ego victus sum et vitro cedo. vides hic FLACIVM ex ignorantia philosophiae in errorem prolapsum, idque confidentem: vides effectum neglectae philosophiae in viro summo tristem. absit ergo, vt philosophiam proferibamus.*

THES. III.

CVM DEVS sit ens immutabile et veracissimum, atque hinc semper is maneat, qui fuit ante; hinc semper se ita reuelare debeat ac in se est; facile intelligitur, reuelationem posteriorem, quae iactatur, diuinam esse non posse, si reuelationi cuidam priori, vere diuinæ, vere contradicat; si posterior DEVM alium fingat, ac is se ipsum in priori stitit. quam utilis haec sit obseruatio ad detegendas fraudulentas artes nonnullorum huius aevi, qui immediatas reuelationes pessimis erroribus praetendunt, dici vix potest.

THES. IV.

PROFLIGATA dudum atque explosa est SCHOLASTICORVM de sede animae rationalis sententia, quod tota sit in toto corpore et tota in qualibet totius parte, neque tamen eo ab tempore omnis

omnis hac de re desit contentio. mihi saluis reliquorum iudiciis, haec generatim constitui posse videntur 1) sedem animae rationalis in capite esse. sensio interna hac de re quemuis conuincit. non pedes, non brachium cogitare, quilibet percipit. 2) sedem animae rationalis in ea parte cerebri esse, in qua omnes reliqui totius corporis nerui concurrunt. nam cum ea ex parte facilius anima suo queat officio facere satis: quod est percipere motus, in corpore excitatos, motusque corpori imprimere; atque DEVS viam breuissimam praeferat longiori, dubio caret, quod DEVS animae in ea parte suam adsignarit sedem. quae autem pars haec sit, quam omnes reliqui nerui attingunt; vtrum CARTESII glandula pinealis, an LANCISII septum pellucidum? quaestio est, non tam argumentis philosophicis quam obseruationibus anatomicorum definienda. quodsi tamen ex his iudicari debet, vltima sententia maxime videtur probabilis. conf. viri experientissimi DOM. TEICHMEYERI *programma de septo pellucido, animae domicilio, IENAE ao. 1729.*

THES. V.

INFELIX illae nouae bibliorum versionis architectus, WERTHEIMIENSIS vt nefando ausu fidem in scientiam conuertere studuit; ita quam parum fausto omine ad hunc laborem adcesserit, vel eo testatur, quod nequidem in leuioribus ab aberrationibus sibi cauere poterit. refero ad has mancam atque incompletam illam matris definitionem, quam recte DOM. D. IOACHIMO LANGIO in den *Philosophischen Religions-Spötter sect. II. §. III. p. 27.* editionis secundae suppeditauit, dicens: *Eine Mutter ist eine Frau, welche in Gesellschaft ihres Mannes Kinder erzeuget, und auferzichet.* sane angustior est haec definitio definito. nam et meretrices & pellices et feminae, quae in clandestino viuunt matrimonio, prolem enixae, matres ex vsu loquendi audiunt. nec hac ratione virgo, in via publica ab ignoto vim passa, posteaque infantem pariens, mater dici possit. ita, qui summum prae se ferunt accurationis studium, haud raro falluntur.

THES. VI.

QVI principium quoddam vniuersale, in omnibus hominibus

et

et brutis sentiens et cogitans, quod animam mundi vocant, admittunt, illi talia docent, quae vix cohaerent. principium hoc in omnibus cogitat; cogitatio requirit conscientiam repraesentationum; ergo hoc principium omnium repraesentationum in omnibus hominibus et brutis debet esse consciuum. iam ponamus, duos homines v. g. croesum & irum eodem tempore diuersa cogitare; tum necesse est, vt anima mundi eodem tempore repraesentationum croesi et iri sibi conscia sit; nam non croesus, non irus, sed anima mundi in iis cogitat. si vero hoc, tum iterum necesse est 1) vt spiritus finitus (nam animam mundi spiritum infinitum esse, quantum mihi constat, propugnauit nemo) eodem temporis momento varia cogitare possit; 2) vt semper quiuis homo scire debeat, quid cogitent reliqui, dum anima reliquorum etiam in quouis alio cogitet. iam vero quemadmodum prius de spiritu finito difficulter probabitur; ita posterius experientiae repugnat, ergo dogma de anima mundi non satis explicari potest.

THES. VII.

QVEM AD MODVM nulla materia siue crassa siue subtilis cogitare potest; ita improbable maxime est, quod bruta ex solo consent corpore, quum in iis deprehendamus sensationem et cogitationem, sed omnino principium quoddam, a corpore distinctum, immateriale in illis statuendum est. nisi hoc defendimus, materialistis victae tradendae sunt manus, qui facile inferent: si in brutis possibilis est sensatio et cogitatio sine principio quodam immateriali, quare iam tu tibi, o homo, animam immaterialem vendicas. qua de re eo minus dubitandum est, quo clarius auctor des Brief-Wechsels hanc sui erroris causam profiteatur: da nun, inquit, die Aehnlichkeit in denen *actionibus animalium et brutorum* etliche neue Philosophos auff die Meynung gebracht, daß die bruta gleichfalls eine *animam immaterialem* hätten, so gerieth ich auff die Gedanken, daß, da die neuen Philosophi zu diesem Entschluß gekommen sind, die Alten aber ohne dergleichen Seele die *actiones brutorum* expliciret hätten, ob es nicht auch angehen könnte, daß man die *actiones hominis* ohne einige Seele zu Wercke richten könne; vid. der

Der Brieff-Wechsel p. 24. nec ex hac nostra sententia quidquam, quod aliis veritatibus demonstratis contradicat, quantum ego quidem perspicio, consequitur immortalitas et perennatio aeterna actualis brutis adscribi non debet, nec metuendum est, quod vic quidam doctus metuit, daß wir Helsen und Esel im Himmel sit- den müßten. posito enim principio immateriali, at finito et con- tingenti, non statim ponitur immortalitas.

THES. VIII.

LAVDANDA maxime est ea mathematicorum, ac qui eos imitantur, solertia, qua propositioni cuius suam adiciunt deno- minationem, atque indicant, verum ea definitionem, vtram theo- rema, vtram axioma, an postularum et sic porro sistat? quum e- nim alia ratione veritas definitionis, alia axiomatis, alia postulati et sic porro examinanda sit, quis ex addito nomine statim in- telligit, quid in praesenti quavis propositione faciendum sit, sic- que in eruenda veritate egregie subleuatur. quae contra hunc mathematicorum morem obuertit cl. CHRISTIANVS BREIT- HAVPTIVS in den zufälligen Gedanken über die Methode, wie ein Atheist von der Existenz Gottes und der Wahrheit der hei- ligen Schrift zu überzeugen s. V. not. (c) p. 25. ea, mihi qui- dem, id non efficere videntur, quod debent. confert vir clarissi- mus philosophum cum oratore, atque tum ab eo, quod hunc de- deceret, concludit, idem etiam illum dedecere: Mit lauter, in- quir, definitionibus, theorematibus, corollaris, scholis und andern vergleichen terminis bey dem Vortra; der Wahrheit im sich werf- fen, kommt mir eben so ungereimt vor, als wenn ein Prediger auf der Cansel bey dem Anfang eines jeden paragraphi allzeit sa- gen wolte, was darin enthalten, und sagte etwa bey dem er- sten, z. E. als: hier gebe ich euch, meine Freunde, eine Be- schreibung; bey dem andern: nun folget der Beweis; bey dem dritten: hier gebe ich ein Gleichniß; bey dem vierdten: nun will ich eine Lehre oder Vermahnung daraus ziehen, und so fer- ner. Was meinest wohl, geehrter Leser! solte ein solcher wohl vor einen geschickten Prediger oder vortreflichen Redner päsiren können?

C

können?



Fönnen? est, quum non eundem finem orator atque philosophus sibi praefixum habeant, quis non intelligit, in hoc laudari posse, quod in illo vituperandum esset. quod praeterea addit, facilius esse hac ratione proponere veritates, quam methodo congestius, morem mathematicorum magis euehit, quam deprimit. facilio-
ra enim consectanda sunt.

THES. IX.

QVVM detur subtilitas falsa, vana et solida, quarum ista distinguit coniungenda, illa distinguit, vbi opus et vtile non est, haec denique, vbi opus et vtile est: iam vero semper vitae philosophandum sit, non tantum scholae; liquet. subtilitatem vanam et falsam ex philosophia proscrubendam esse, solidam non item.

THESES

AD DISPUTANDVM PROPOSITAE

AVCTORE

IOANNE IACOBO QVISTORPIO.

THES. I.

INIVRII vehementer sunt in sexum sequiorem, qui homines feminas esse negant, animam rationalem cum eius facultatibus illi abiudicantes. iniuria tamen in illum non ero, si qualitatibus, longe infirmioribus illum instructum esse, quam sexum masculinum adseram atque haec rationis imbecillitas, meo, si quid est, iudicio magnam postulat cautionem in studiis, quibus illae dicandae sunt. non omnia sunt ad studia apta ingenia, nec ex quouis ligno sit MERCVRIVS. rationem hinc quilibet debet habere virium suarum, ac nosse, humeri quid valeant, quid ferre recusent. diuersa enim studiorum genera diuersa quoque sibi postulant ingenia, quique habitudine, ad hoc illudue studium necessaria

cessaria, destituitur, felices sibi in illo non potest augurari successus. quae si ad feminas adplicantur, breui adparebit, in quantum ipsis studia permitienda sint, consultumque sit, ut litteris nant operam. temperamentum ordinarie in feminis dominatur sanguineum, cuius virtus praecipua est ingenium, stricte sic dictum, idemque viuendum hoc vero, quum ex temperamento suo plerumque praeditae sint mulieres, quam accommodatissima ipsis erunt studia, in quibus ingenii viuendi vis est maxima, qualia sunt v. g. poësis, oratoria. haut enim spernenda, modo aliquale adcesserit iudicium, ingenii ope huiusmodi in studiis praestare poterunt. quae autem altioris sunt indaginis, maiorique iudicii acumine conficienda, in iis addiscendis ut operam suam collocent mulieres, neutiquam auctor forem. aditus ergo ad theologiam reuelaram acroamaticam, atque naturalem systematicam, metaphysicam, et quae sunt aliae disciplinae huius generis, ipsis non pariter iudicii infirmitate impeditae, implicatas quaestiones, quae in his disciplinis ventilantur, perspicere non satis, multo minus aduersariorum obiectiones rite soluere valent. hinc facillime erroribus capiuntur, praecudiciis abripiuntur, et ad commenta quacuis credenda deducuntur. quae omnia, si adhaec mulierum eruditarum, sed in studiis magis arduis ad errores prolapsarum conferas exempla, suadent, ad istiusmodi studia feminas admittendas non esse, sufficiat proinde illis ea doctrinarum cognitio, quae ad salutem illarum aeternam, ad intellectus emendationem, ad voluntatis correctionem necessario requiritur; vterius ut progrediantur, nec opus erit, nec proficuum. atque hinc etiam illorum non adeo se mihi quidem probant consilia, qui cum celebri auctore *der vernünftigen Tadelrinnen*, proficuum iudicant, si academiae virginales, *Jungfer Academien*, in quibus feminae professorum vices sustinerent, conderentur.

THES. II.

QVO magis ad ornandam gentem germanicam institutum tenet societatum, quas *die deutschen Gesellschaften* vocant, LIPSAE,

C 2

IENAE



TENAE et HALAE florentium, ad culturam linguae germanicae insigniter faciens; eo minus laude sua defraudandum erit. a neglectu autem linguae germanicae in alterum extremum, haud probandum, ruunt, qui omnes libros, in germania emittendos, germanica lingua conscribendos praecipiant, etiam eos, quos legere omnium terrarum incolis prodesset. expertes quidem, fateor, litterarum latinarum, scripta, lingua, sibi familiari, exarata, facilius et ter largior, plura sibi quam aliis prouinciis debet. ⁷⁷ aut priuato tamen publicum anteponendum est commodum. quapropter cum germania cum incolis suis, vniuerso orbi comparata, priuati quales vices teneat, vtilia vniuerso orbi potius confectanda erunt, quam quae germaniae soli vtilia sunt. quod autem, cum fieri non possit in republica litteraria, nisi ope linguae vniuersalis cuiusdam, qua eruditi videntes, licet per vniuersum diffeminati, cogitata sua cum aliis communicare possent: linguae autem vniuersalis vices et sustineat et sustinere queat commode lingua latina; relinquatur, non omnes libros lingua germanica; sed et quosdam, eos nimirum, quos legere omnium terrarum incolis prodesset, lingua latina exarandos esse. nec est, quod versiones obicias, atque excipias, incolas cuiusvis regionis teneri, vt libros viles, peregrino idiomate conscriptos, in suam transferant linguam. nam, licet hoc temere inficiari nolum; tamen, cum *primo* hoc medium non satis sit legitimum, quia dulcius est ex fonte bibere, quam riuulo; *deinde* vero et hoc, quod versiones adornandae sunt; sit incommodum, incrementumque litterarum impediens, dum ciuem, qui egregium publicum longe commodiori ratione promouere, qui in veritatem ipsam inquirere posset, eo perducit, vt tempus verborum studiis perdat; nihil ex versionibus peti posse, crediderim, quod meam priorem infringat adsertionem.

THES. III.

TAMETSI MANVTIVS. ROTHIVS. DAUSQVEIVS.
 NORISIVS. SPANHEMIVS. CELLARIVS. SCHVRTZ.
 FLEL.

FLEISCHIVS rectam scribendi rationem latinam, quam orthographiam vocant, a naevius insignibus haud paucis summo liberarunt studio: non leuiores tamen superfant in ea emendanda, non minus id fumo, vt a me hoc praestari queat feliciter; tentare tamen vires periculumque facere nil impedit. pauca ergo quaedam iam adicio; alia alii seruans occasione. solent, etiam viri doctissimi, litteras maiusculas cum minusculis in iisdem vocibus haud raro miscere, scribentes v. g. *Obsequium Principi ac Domino Tuo Tibi praestandum est*; immo ipse illustris HEINECCIUS, cui haec doctrina alias non parum debet, aliorum grammaticorum vestigia premens, in *fundam. stil. cult. p. I. cap. I. §. VI. membr. III. p. 9.* regulas supponit, qua ratione haec mixtio sit perficienda. verum parum hoc mihi cum genuina et antiqua scribendi ratione conuenire videtur. olim enim ea figura erat omnium litterarum, qualem in numis et antiquis inscriptionibus conspiciamus, maiuscula omnis, siue, vt hodie adpellatur, versalis. minor autem illa scriptura, quam vulgarem et currentem vocant, est barbarorum inuentum, velocitatis causa receptum. conf. CELLARIUS *orthograph. latin. p. 2.* hinc colligo, quantumuis minor scriptura propter vsum, quem praestat, non sit penitus reiicienda, nunquam tamen litteras maiores cum minoribus in vna eademque voce esse coniungendas, sed quamlibet vocem integre vel minoribus litteris tantum, vel maioribus tantum esse scribendam, alias enim cum legitimo coniungitur spurium, hoc est, lacerae vesti adfuitur pannus nouus. quod si vero iam quacras: quando vox quaedam, maiusculis litteris integre exarata, reliquis interponenda sit, tum ego quidem concedo, id tum fieri debere, quando maiores et minores litterae ex criticorum praeceptis alias miscendae essent. hinc omnia vocabula maiusculis scribenda sunt litteris a) initio orationis b) initio periodi c) quae sunt nomina propria, nomina dignitatis, horumque vicaria, pronomina, TV, TVVS, TE. d) adiectiua, nomina gentium, designantia: ANGLVS. duo praeterea addo, primo, nomina dignitatis, ac pronomina vicaria in rextu historico litteris minusculis

lis scribi possunt ; deinde, non statim initio cuiusvis periodi vox prima maioribus litteris pingenda est, sed initio eius tantum periodi, quae omnino dissimile exhibet argumentum a praecedente : atque tum etiam discriminis causa a periodo, quae praecessit, intervallo quodam seiungenda est. ita natura rei postulat, ita nobis praecent viri, cuius paullo humaniori laudandi, WALCHIVS. CAROL. HENR. LANGIVS, alii, quos imitari, dum antiquos exprimant, praeclarum est.

THES. IV.

HAEC de maiori scriptura; iam ad litteras minusculas pergo, cum his liberius atque licentius agere licet. cum enim istae non sint romanae, sed ab hominibus parum doctis, in locum romanarum subrogatae, atque adeo, quod ipse CELLARIUS agnoscit, minuscularum tantum vicariae, aequa nobis erit disquirendi potestas, virum etiam inventores harum litterarum ea observarint, quae observari debent, si vnum signum loco alterius debet poni. quod si enim haec non curarunt, nobis haud erit interdictum, mutare, quae minus recte admiserunt, quem admodum illis licebat, novum inducere descriptionis genus ut vero regulas, in minori scriptura observandas, rite deinde probare queam, iam quasdam praemittam hypotheses, quibus rota haec doctrina innititur, facile ex natura substitutionis, ut cum philosophis loquar, demonstrandas, si demonstratio earum huius esset loci.

HYPOTH. I. SI vnum signum loco alterius ponere velis, prorsus arbitrarium est, quodnam signum eligere velis, modo 1) signum, quod eligis, non tale quid secum ferat, ut falsam nobis ingeneret ideam alterius signi, in cuius locum substituitur; 2) ut signum electum vicarium semper maneat vicarium eius signi, cuius semel constitutum est vicarium,

HYPOTH. II. CVM signum, quod eligis, non tale quid secum ferre debeat, quod falsam nobis ingeneraret ideam alterius signi, in cuius locum substituitur (hypoth. I. I. patet, licet signa in se
sint

sint arbitraria rectius tamen agere qui talia litterarum introducunt signa vicaria, quae propter similitudinem suam cum iis litteris, quarum vicariae sunt, vel ipsa figura nos docent, quarum locum sustineant.

HYPOTH. III. NON plura fingi aut posse aut deberi signa, quam litterae adfunt, quarum vicaria esse possunt; neque propter metuendam confusionem vni litterae facile duas vel plures dandas esse vicarias litteras.

THES. V.

HIS ita positis, tres iam adnectemus regulas, in minori scriptura probe tenendas, totque aberrationibus oppositas.

a) sunt, qui figuram caudatam atque protractam vocalis tertiae, quae et consonantis vices quandoque sustinet, in deliciis habent, hincque *judex*, *justitia*, *jurisprudencia* scribunt, cum *iudex*, *iustitia*, *iurisprudencia* scribere deberent. his opponimus regulam, ab illustri HEINECCIO iam inculcatam: figura caudata et protracta vocalis tertiae j pro i adhibenda non est. ne vero eam temere effectam putes, en tibi probationem eius ex principiis nostris. nimirum, cum 1) in litteris minusculis signa vicaria, si fieri potest, adsimilanda sint litteris maiusculis, quarum vicariae sunt (per hyp. II. 2) vnius litterae non plura debeant esse signa vicaria, quam vnum (per hyp III) 3) nec signum vicarium tale quid secum ferre debeat, quod falsam nobis ingeneraret ideam alterius signi, in cuius locum substituitur (per hyp. I. 1.): iam vero romani in maiori scriptura constanter I, nunquam J, constanter IVDEX, nunquam JVDEX scripserint: vid. HEINECCIVS *l. c. p. I. c. I. §. VI. not. a. I.* deinde si figura j pariter admitteretur, vnius litterae I duo essent signa vicaria; denique figura caudata et protracta tale quid secum vehat, vt littera I legitima immutationem metuendam habeat; relinquatur praeter figuram i, figuram caudatam j in minori scriptura admittendam non esse.

β) sunt, qui inuoluta diphthongorum scriptione haud parum delectantur, scribentes *arumna*, *calum*; cum *arumna* scribere deberent.

vox
odi,
que
allo
eunt
OL
ant,
go,
non
ana-
feit,
itas,
que
uod
care,
num
tura
tam
tura
non-
elis,
o I)
in-
) vt
vnius
cum
gni,
n. se
sint

8



berent. his hanc opponimus regulam: in minori scriptura diphthongi inuolutae scribendae non sunt, sed quaelibet diphthongorum vocalis separatim ponenda est: differentem hic habemus virum illustrem IO. GOTTL. HEINECCIUM, qui perinde iudicat, siue contrahas diphthongos, siue separatim scribas, modo a ratione scribendi, semel electa, non temere discedas *l. c. §. VII. not. g. II. p. II.* prouocat ad monumenta antiqua et diplomata uerusta, non minus ac, quam a prae se ferentia. verum ex his quod pace viri illustris dictum cupio, parum praesidii peti posse mihi quidem videtur. id ex his probari potest, veteres post introductam semel scripturam nouam barbaramque ita scripsisse quod lubens concedo, at quaestio utrum recte ita scripserint? aliis rationibus definienda est. iam vero non recte eos ita scripsisse, id iterum ex principiis antea positis confirmabo. nimirum cum *v* in literis minusculis signa vicaria, si fieri potest, adsimilanda sint literis maiusculis, quarum vicariae sunt (per hyp. II. 2) vnus litterae non plura debeant esse signa vicaria, quam vnus (per hyp. III. 3) nec signum vicarium tale quid secum ferre debeat, quod falsam nobis ingeneraret ideam alterius signi, in cuius locum substituitur. (per hyp. I. 1.): iam vero romani in maiori scriptura constanter *AE*, et *OE* separatim, nunquam inuolute *Æ* aut *Œ* scripserint, quod ipse illustris HEINECCIUS *l. c. §. VI. not. (e) l. p. 9.* confitetur; deinde, si figurae inuolutae diphthongorum pariter admitterentur, diphthongi duplex esset signum vicarium; denique figurae inuolutae diphthongorum tale quid secum vehant, vt maior scriptura legitima metuentam habeat mutationem; relinquatur, inuolutas diphthongorum figuras in minori scriptura admittendas non esse.

2) sunt denique, qui in minori scriptura duplicem figuram vicariam *v̄* *v*, maioris scripturae, defendunt, atque amant. historiam duplicis huius figurae contexit CELLARIUS, qui pariter eam defendit, atque alium locum *v̄* *v*, alium *v̄* *u*, adsignat. eadem ratione procedit illustris HEINECCIUS *l. c. §. VII. not. (g) III. p. II. littera v*, inquit, *ab initio, u in medio et sine littera*

varius

rarum *reclussime* adhibetur. atque hos duum viros iam totus ferè sequitur eruditorum coetus, nisi, quod nonnulli adhuc hanc inter v. et u. adgnoscant differentiam, vt v scribant in medio initio et fine, si consonam scribere velint, u vero scribant in medio, initio et fine, si vocalem scribere velint, v. g. vacuus, volans, uva, ubertim. sed vt posterior scribendi ratio iam dudum a cordatio-ribus est explora; ita nec prior, scriptioni veterum, satis adcommodata viderur. liceat ergo nobis sequentem ei opponere regulam: a minori scriptura exulare debet figura u, atque vbiuis v scribendum est. comprobamus hanc adferentem iterum ex praemissis nostris hypothelibus nimirum cum 1) in litteris minusculis signa vicaria, si fieri potest, adsimilanda sint litteris maiusculis (per hyp. II). 2) vnus literae non plura debeant esse signa vicaria quam vnum (per hypoch. III). 3) nec signum vicarium tale quid secum ferre debeat, quod falsam nobis ingeneraret ideam alterius signi, in cuius locum substituitur (per hyp. I. 1.): iam vero romani in maiori scriptura constanter V, nunquam U, constanter VVA, nunquam UVA, scripserint, quod ipse illustris HEINECCIUS adgnoscit *l. c. §. VI. not. c. I. p. 9*; deinde si figura U pariter admittretur, vnus literae V duo essent signa vicaria; denique figura u tale quid secum vehat, vt littera V legitima immutationem metuendam habeat, relinquatur, praeter figuram v in minori scriptura figuram u nunquam admittendam esse. quae cum ita sint, vellem, vt societates latinae hanc reciperent scriptiois rationem.

THES. VI.

MULTI dantur effectus in naturalibus, qui sunt et manent naturales, licet causis eorum perfecte explicare nequeamus. refero ad hos fluxum sanguinis, qui in cadaueribus, vi occisorum, non raro obseruari solet; atque hinc ex eo praesentiam homicidae non satis tuto inferri posse, mihi persuasum habeo; conf. THEODORI KIRCHMAIERI *diff. de cruentatione cadauerum fallaci illo praesentis homicidae indicio. Witteb. 1669. Halae 1726.*

D

THESES

THESES
 AD DISPVTANDVM PROPOSITAE
 AVCTORE
 BERNHARDO FRIDERICO QVISTORPIO:

THES. I.

CVM atiei varia ratione pro suo confirmando errore laborant omnes; hinc, quotquot de atheismo commentati sunt, varias atheorum constituerunt classes. omnes has recensere, atque receptas notiones prolixè explicare, nostri non fert instituti ratio: ne tamen ambiguitas vocis nobis imponat, id monemus, nobis in sequentibus tantum sermonem futurum esse de atheis theoreticis, iisdemque primi ordinis, siue talibus, qui DEVM esse exferre negant. ad atheismum, quem huius generis homines fouent, amplectendum, non adeo procliuem esse sexum sequiorem, quam virilem, inter omnes constat. in causam igitur huius rei dum inquiri, a temperamento, quod plerumque in feminis obseruamus, eam reperendam esse sentio. sanguineam ordinariè in illis deprehendimus; in iis vero, qui sanguineo praediti sunt temperamento, ingenii plurimum, parum iudicii conspicimus. mira hinc sibi fingunt sanguinei, quae similia sunt, dissimilia, et quae dissimillima sunt, similia sibi imaginantur. vigor ad haec, qui in illis obseruatur, a seria atque continuata rerum consideratione eos arceat, hinc otio delectantur, labores fugiunt, ardua abhorrent, fingunt, ludunt, iocantur. conf. eruditissimam GABRIELIS GRODDECKII *diff. quae problema philosophicum: quanam per naturam errores sectentur?* explicat, GEDANI ao. MDCCVII. excusam §. IX, atque ex his, quae per experientiam de sanguineis constant, facile adparet, quare sexus muliebris atheismo non adeo faciles praebet aures. atheismus enim cum sit error iudicii, protractam atque molestam supponens meditationem; hanc

hanc vero fugiant mulieres sanguineae; nec etiam ad atheismum pertingere possunt. cumque et hoc iam sit molestum, rationes atque giratas atheorum obiectiones pensitare, cum responsionibus virorum doctorum conferre, quorum argumenta plus valeant, sollicitè disquirere; hinc libentius in antiqua sua, quam semel et rectè edocti sunt, sententia perstant, DEVM profitentur, atheismum detestantur.

THES. II.

QVOTQVOT de rebus, a veteribus gestis, ad nos pervenere scriptores, vnanimi ore omnes testantur, defunctis certo more iusta facta esse. morem illum receperunt statim primi CHRISTIANI, atque ab his ad nos propagatus est. conf. ONVPHRII PANVINII, *veronensis, de ritu sepeliendi mortuos apud veteres christianos et eorundem coemeteriis liber. nequam editus cum praefatione IO. GEORGII IOCHII. francof. et lips. 1717.* disquirunt verò: virum haec consuetudo cum principiis iusti atque honesti congruat? novimus DIOGENEM derisisse eos, qui sepeliri cupiebant, novimus e contrario, in sacris literis, ad felicitates piorum iustam referri sepulturam; novimus, denegationem sepulturae poenae locum sustinere; novimus eos, qui sponte exeunt e vita, ius sepulturae perdere: conf. IOACHIMI WEICKHMANNI *diff. de iure sepulturae per ασχημιαν amisso, wittenb. 1688.* ex quibus adparet, esse, qui consuetudinem hanc pro iusta habent, esse, qui non. atque prima sententia fundamento quoque non caret omni. principio ex nexu cuiusvis hominis cum reliquis, id facile comprobari potest. nemo ita omnibus est destitutus amicis, ut plane nullos habeat. quid iam est amicorum? an deserere in morte? permittere, ut quivis in demortui amici corpus saeviat? ut ferae, bestiae, fues, canes, rodant, lacerent, vorant? hoc ego quidem minime crediderim. sepeliant ergo defuncti amici ossa, quo ea ab his tuta praestent. taceo iam de nexu parentum et liberorum, viri atque mulieris, fratrum atque sororum, ac reliquorum, qui se cognatione contingunt. ast iniquis,

inquires, si iam moriantur homines ἀζωοι, homines, omnibus cognatis atque amicis destituti: hos ergo nemo sepeliret? minime. magistratus tum sepulturam curabit, requirit id status rerum publicarum. cadaueribus, haud humatis, ad excitandam laudem, experientia teste, nihil est aptius; cuius est hanc, quantum fieri potest, a ciuibus, a finibus ciuitatis et regionis, propellere? nonne magistratus? curerit ergo humationem. talium hominum, exemplum praecit, nec quidem tam graui inductus causa, magistratus atheniensis. erat athenis spatiosa et capax domus, sed infamis, sed pestilens. per silentium noctis sonus ferri, strepitus vinculorum reddebatur. adparebat idolon, senex macie et liquore confectus, promissa barba, horrenti capillo, eraribus compedes, manibus catenas gerens quatiensque ATHENODORVS, domum inhabitans. mira quadam ratione locum deregebat, ex quo procedebat phasma; quo detecto adit magistratum et monet, vt locum effodi iubeat. iuber, inueniuntur ossa, inserta catenis et implicata, quae corpus aevo terraque putrefactum nuda et exesa reliquerat vinculis, colliguntur, et ita collecta publice sepeliuntur, teste PLINIO *epistol VII. 27* ceterum confer generatim b. GVILIELMI HIERONYMI BRVCKNERI *diss. iuridica de sepultura gratis concedenda. Ienae 1708.*

THES. III.

MIRACVLI nomine is venit effectus, qui ex vi et natura huius vniuersi non sequitur, sed legibus naturae, semel constitutis, immutatis, ab ente summo perficitur. tales effectus in hoc mundo praestari posse nullus dubito. nulla enim neque in DEO neque in mundo deprehenditur repugnantia, quae, vt illi non producantur, impediatur. DEVS, quoniam est auctor naturae, etiam potestatem habet, leges fixas ad tempus dissoluendi: quid ergo non dissoluat, quando sapientia eius id requirit. ordo quoque naturae, quoniam non est necessarius, sed a libero DEI voluntate dependet, hinc quoque alius esse potest. quamuis enim ordo huius naturae a DEO ab aeterno est constitutus, ideo tamen imperio

perio DEI non fuit exemptus, sed dependens semper permanfit. id quod a posteriori fit manifesto docent miracula, a DEO per MOSEN tam apud israelitas quam apud aegyptios peracta, quae sanctioris doctrinae interpretes latius explicarunt, atque hinc colligo, adhuc hodie miracula fieri posse.

THES. IV.

NON dari atheos theoreticos, naturaliter obfirmatos, hoc est, tales, qui ipsi sine omni formidine oppositi, ac cum plena fiducia eerti sint, non dari DEVM, cum venerandis THEOLOGIS, firmis inducti rationibus, constanter adserimus. vtrum vero id ex eo, quod athei discipulos facere student, probari possit, non satis adsequor. amplectitur hanc sententiam FRANCISCVS VLRICVS RIESIVS, vir foecundi ingenii, posteaquam enim thesin nostram consuetis stabilivit argumentis; tum et indicta vitur illatione: praeterea, inquit, hoc etiam aliquid videtur esse peculiare, quod athei donulla re aequae sint solliciti, quam ut suum virus aliis propinent, alios in suos trahant partes, erroresque suos ipsi inculcent, quem autem id in finem? non ex amore veritatisque propagandae studio: sublata quippe DEI existentia nullum est amoris et officiorum vinculum, nulla veritas: non etiam lucri, vel comodi cuiusdam causa, quale nullum hinc sperare possunt, quin maximum ex eo metuendum ipsis incommodum ac damnum; alia igitur ratio subest, nempe socios et adseclas quaerunt, discipulos faciunt, ut inquietam sic tranquillare possint conscientiam; vi, qui suo iudicio considerare non audent, in aliorum saltem societate praesidium quaerant: solamen enim miseris socios habuisse malorum; diss. de atheis eorumque stultitia, (marpugi 1725.) §. XIII. p. 14. lubens concedo, atheos esse hominum omnium miserrimos, stultos, bardos atque barones, semper inquietos, nunquam tranquillos. notissimus est atheus ille D. SPINERO aperte confitens, se nihil habere, in quo adquiete nequeat. repetam historiam ex iam laudatis meditationibus el. BREITHAVPTII; ich kan nicht umhin, inquit, nur noch ein einziges hinzu zu thun, welches mich erlaube in den Schriften des hochberühmten Theol. PHIL.



IACOBI SPENERI gelesen zu haben, und mir jederzeit sehr merck-
 würdig vorgekommen ist. Und das ist das Exempel eines
 Atheisten selbst, welcher zu dem 180 erwehnten Gottseligen
 Theologo gekommen, und ihm offenherzig bekant, daß er ein
 Atheist, oder zugleich hinzugefüget, er sey dabey ein recht elender
 Mensch, weil er in seinem Gemüthe sehr unruhig und ganz
 Trostlos wäre. Daher schätzte er diejenigen, so aus dem Worte
 Gottes einen Trost schöpfen könnten, ob er wohl denselben vor
 eine bloße Einbildung hielte, dennoch vor weit glückseliger als
 sich selbst. Und ob er zwar nicht gewillt wäre, seine Meinung
 fahren zu lassen, so habe er sich doch vorgesehet, fals er einmahl
 in den Hsthand treten und Kinder zeugen solte, dieselbe in den
 allgemeinen Irrthum (so nannte er die Christliche Religion)
 unterrichten zu lassen, und das vornehmlich darum, damit sie
 nicht in eben die Gemüths Unruhe geriethen, darin er sich be-
 fände; in den zufälligen Gedanken über die Methode, wie ein
 Atheist zu überzeugen S. VIII p. 42. ex studio autem addeclas
 parandi id comprobari non poterit. nam 1) alia subesse potest
 causa, ex qua atheus sibi addeclas quaerit. quis nescit, quemlibet
 hominum voluptatem quandam percipere, si adseriones, siue veras,
 siue falsas, propria meditatione efficias, cum aliis communicare
 potest. quid si ergo atheus inde discipulos facere studeat, ut
 voluptatem hanc percipiat. 2) athei non cuius statim mentem
 suam solent exponere, sed iis tantum, quorum fidem iam probarunt.
 atque tum commodi causa illos id facere posse crediderim. exspe-
 rant largitiones, et dona, conuiuuiis interesse cupiunt, taceo alia.
 3) faere athei, qui multos haud quaesitare discipulos. de SPI-
 NOZA res est contestara. testem habeo IOANNEM COLERVUM:
 Er war, inquit, sonst sehr gesprächig, und ließ trohlymit sich
 umgehen, er sprach oft mit seiner Wirthin und mit denen übrigen
 im Hause, und zwar sonderlich im Schlaffengehens-Zeit, wann
 ihnen einige Trübsahl oder Krankheit zustieffen, so ermangete
 er alsdenn nicht, sie zu trösten und sie zu ermahnen, daß sie die
 Unglücks-Fälle, welche als ein von Gott ihnen zugeschiedtes Voh
 oder Theil anzusehen wären, gedultig ertragen. Er redete be-
 neu Kindern zu, daß sie oft in der Kirche gehen und den Got-
 tesdienst

tesdienft beywohnen möchten, und unterrichtete sie, wie gehorsam und unterthänig sie ihren Eltern seyn solten; in dem Leben des Bened. von Spinoza S. XI. p. 46. hoc vera non est adfectus sibi quaerere.


THES. V.

QVOD olim CARTESIVS pro existentia DEI probanda invenerat argumentum, ab idea entis perfectissimi desumptum, illud nostro aeuo, cum non satis concluderet, emendare voluit LEIBNITIVS; conf. cl. CARPOVIVM de principio rationis sufficientis non tamen suscepta emendatio tantum effecisse videtur, vt iam argumentum hoc, quod argumentum a priori vocant, satis probet probandum. non iam rempublicam PLATONIS illi oppono, quod ab aliis, aut minus recte, factum esse, epistola ad virum nobilissimum, prudentissimum, consultissimum et amplissimum DOM. GEORGIVM HENRICVM GERCKENIVM IVRISCONSULTVM de vtraque republica, litteraria et ciuili, praeclarissime meritum, ac quotidie merentem, perscripta docuit praefes; ipsum concludendi modum paucis examinabo. est hic: 1) supponunt ens perfectissimum esse possibile. quidquid enim nullam inuoluit contradictionem illud est possibile. ens perfectissimum nullam inuoluit contradictionem. ergo est possibile. 2) tum vterius inferunt: si ens perfectissimum est possibile, debet etiam actu existere. hoc ita probant. ens perfectissimum omnes possidet perfectiones; existentia est perfectio. ergo ens perfectissimum etiam possidet existentiam, siue actu existit. speciosa sunt haec, fateor, nec cum GASSENDO negare possum, existentiam esse perfectionem: alia tamen ad sensum cohibent. nimirum 1) idea entis perfectissimi, arbitrarie efformata, id quidem requirit, vt in conceptu nostro enti perfectissimo existentiam adtribuamus idealem: sed iam tale ens perfectissimum, cui in conceptu nostro existentiam tribuimus, extra conceptum nostrum re ipsa existere, id aliunde comprobandum videtur. 2) admissa hac argumentandi ratione dogma de trinitate desineret esse mysterium: nam iisdem praemissis retentis et trinitatis existentia inferri posset, vt paucis comprobabo. nimirum a) quem ad modum illi suppo-



supponebant ens perfectissimum esse possibile; ita iam ego pariter suppono: ens perfectissimum, qua essentiam vnum, qua personas trinum, esse possibile. quidquid enim nullam inuoluit contradictionem, illud est possibile. ens perfectissimum, qua essentia vnum, qua personas trinum, nullam inuoluit contradictionem; ergo ens perfectissimum, qua essentiam vnum, qua personas trinum, est possibile. β) quemadmodum illi vterius concludebant: si ens perfectissimum est possibile, debet etiam actu existere; sic ego pariter iam ratiocinor: si ens perfectissimum, qua essentiam vnum, qua personas trinum, est possibile, debet etiam actu existere. quod ita probo: ens perfectissimum, qua essentiam vnum, qua personas trinum omnes possidet perfectiones. existentia est perfectio. ergo ens perfectissimum, qua essentiam vnum, qua personas trinum, etiam hanc possidet, hoc est, actu existit. iam denique: ens perfectissimum, qua essentiam vnum, qua personas trinum, existit; tale ens dicitur trinitas. ergo trinitas existit. taceo, alium eadem ratione centum et adhuc plurium personarum in deitate existentiam inferre posse; quis iam ergo ferre potest argumentum a priori.

SIT LAUS ET GLORIA DEO!



Rostock, Diss., 1736-38




VD18

sb.







B.I.G.

Farbkarte #13

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

ca. 1732/34
1737, 3.

19

8

6 6 5

PHILOSOPHICAE

QVAS

AMPLISSIMO· PHILOSO
VM· ORDINE

AESIDE

ENR. BYRGMANNO

ER· VICES

TVEBNTVR

LDVS· de SCHEREWIEN

RICVS· ZANDERVS

YS· QVISTORPIVS

RIDERICVS· QVISTORPIVS

OSTOCHI

IS· ADLERFANIS

